Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25980
Copyright: Admont, Benediktinerstift



invadunt pauperes tuos dolore· fame· nudi
tate· captiuitate afficiunt· Qua propter sicut
scis domine mystica in virtute tua fac eos re
cognoscere prout tibi placet sua male facta·
et libera nos in nomina tua· Ne despicias nos
domine clamantes ad te in afflictione· sed propter
gloriam nominis tui et misericordiam· qui locum istum
fundasti· et in honore sancte dei genitricis
marie et sancti Blasij sublimasti· visita nos
in pace· et erue nos a presenti angustia· Qui
viuis et regnas deus per omnia secula seculorum Amen·
Deinde clerus in choro et presbiter cum ministris
hos psalmos Ad dominum cum tri· cum Gloria patri· Leuaui
oculos meos Ad te leuaui Quamdiu dicunt
hos psalmos· et omnia subsequencia· tam diu so
nant campane et populus conclamat Postea
dicatur istud Respice domine de sede cum versu
Deinde Kyrieleyson· Pater noster preces Exurge domine